



Ioannis Leonis Africani
AFRICAЕ
Descriptio IX. lib. absoluta .



Lugd. Batav. Apud Elzevir. A. 1632.



IO. LEONIS AFRICANI

Descriptionum

A F R I C A E

Rerumque in ea memorabilium,

LIBER PRIMVS.

Africa unde dicitur.

Dicta est Africa lingua Ara-
bica Iphrichia , à verbo fa-
raca , quod eorum lingua
idem sonat , quod Latinis
divido : cur autem sic dica-
tur, duæ sunt opiniones, quarum prior
hæc est : quòd ea terræ pars sit ab Euro-
pa mari Mediterraneo , ab Asia verò
flumine Nilo separata . Altera , quòd
hoc nomen ab Ifrico Arabiae felicis Re-
ge deductum arbitrentur , qui omnium
primus hanc terram incoluisse fertur.
Hic quum adversus Assyriæ Regem bel-
lum gereret , ab eodem tandem regno
pulsus, cum toto exercitu Nilum trans-
misit, & Occidentem versus suas copias
traducens, non prius quevit , quam in
eam partem Carthagini vicinam per-